



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

V. De ceteris vocibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)



*ὑπόστασις* & *ὑπόστασις*, patet ex Basilio epist. 43. qui dicit ignorantia huius distinctionis, natum esse plurimorum errorum circa Dei cognitionem, & præterea si hæc nugamenta essent, cur Iustinus, Cyrillus, Basilius, Nyssenus, Theodoretus, Damascenus, & alij tam multa de hac re & tam seriò disputassent.

Iam verò nomen SUBSTANTIAE ambiguum est; nunc enim hypostasim, nunc essentiam significat. quocirca in rigore possent dici, in Deo tres substantiæ, ut Hilarius concedit lib. de Synod. vbi explicans fidem Antiocheni Concilij, non malè dici tres substantias, accipiendo substantiam non pro *ὑπόστασι*, sed pro *ὑπόστασι*, præsertim cum hoc vocabulum sit vulgatus interpret. ad Hebræos 1.3. & ut tamen absolute negandæ sunt in Deo tres substantiæ, & ut præcedenda, quia vsus communis Latinorum accipit substantiam pro essentia. nam semper Aristoteles in prædicamento *ὑπόστασι* vocat, quam nos dicimus substantiam. Præter Theophrastum lib. contra Praxeam semper in Deo vnã substantiam dicit. Item Hieron. in epist. ad Damas. & August. lib. 7. Trinitatis cap. 9. & lib. 7. cap. 4. & Rufinus lib. 10. hist. cap. 29. vnã substantiam dicunt, tres negant. Deniq; etiam Concilium Lateran. sub Innocentio III. cap. 2. & Tolet. II. ca. 1. vnã substantiam in Deo esse definiunt.

## CAPVT V.

### De ceteris vocibus.

**D**E nomine, PERSONAE, nota est Valla sententia lib. 6. elegant. cap. 34. qui personam assensum personam significare. Dicimus enim, agere aliquis personam Regis, &c. & addit, si persona personam substantiam accipiat, non esse in Deo personam magis quam in bruto: ac deniq; dicit, quas in Deo Theologi personam personam nunt, eas esse tres qualitates.

Sed malè agit Valla personam Theologi; nam in Deo persona est, in quo tamen nulla est qualitas. vel si placeat in Deo ea nomine qualitatis appellare, quæ per modum qualitatis significantur, non iam tres, sed infinitæ personæ diuinae numerandæ erunt, aut vnã tantum constituenda. Si quidem



quæ aliquo modo in Deo qualitates dici possunt, non re, sed ratione solum distinguuntur. quare si personales proprietates in Deo qualitates sunt, vna erit persona diuina re ipsa, plures autem ratione. Id si Vallæ placeat, præclare aget idem Valla personam Sabelliani.

Quamuis igitur sciamus personæ nomen sæpe accipi pro qualitate, & pro larua histrionum; tamen etiam pro substantia prima à Scripturis & Patribus accipi non ignoramus. Nā in Scripturis passim legimus, Deum non esse acceptatorem personarum, vt Act. 10. Rom. 2. & alibi, in quibus locis persona significat ipsam hypostasim humanam. Nam vt explicat AVGVSTINVS lib. 2. ad Bonif. cap. 7. tunc est acceptio personarum in distributione præmiorum, quando qui distribuit non respicit merita hominum, sed ipsos homines, id est, tribuit plus vni, quàm alteri, nō quia ille plus meretur, sed quia illam personam plus diligit. Præterea Patrem, Filium, & Spiritum sanctum tres personas vocat Tertull. lib. contra Praxeam. Hilar. lib. de Synod. Hieron. in epist. ad Damas. Aug. li. 5. & 7. de Trin. & ex Græcis NAZIANZ. in orat. in Athanas. & alibi sæpe vocat *οἰκονομία*.

Ac ne gloriatur Valla, se saltem personam Grammatici probè egisse, prodeat etiam M. Tullius qui lib. de inuent. in topicis & partitionibus sæpe vtitur nomine personæ in hac nostra significatione, cum dicit, alia esse rerum, alia personarum attributa, & rursus personam in Deo, & in homine considerari. Item Valer. Maximus lib. 2. cap. 21. quoslibet homines personas vocat. Et in Institutione Iustiniani, quæ Latinissima est, lib. 2. tit. 9. in hac significatione ponitur persona. Quid, quod ipsi etiam Grammatici cum in verborum inflexionibus distinguunt tres personas, Primam, Secundam, & Tertiam; non qualitatem intelligunt nomine personæ, sed res quascunque inter se distinctas?

PROPRIETAS, RELATIO, NOTIO, non sunt nomina Scripturarum, tamen ex Scripturis colliguntur, per euidentem consequentiam. Nam si Filius est *Unigenitus*, Ioan. 1. ergo proprium est illi esse Filium, & proinde filiatio est proprietas; Et si *Unus est Deus Pater*, 1. Cor. 8. ergo proprium est Patri esse Patrem, & paternitas erit proprietas; Et si *solus Spiritus à Patre, & Filio procedit*, Ioan. 14. talis processio erit

*nam? personæ accipi.*



erit proprietates eius. Vtuntur autem nomine proprietatis Hilarius lib. 2. Trinit. Basilius epist. 43. Nazianzenus orat. de Theologia. Augustinus lib. 5. Trinit. cap. 11. 12. & lequitur bus, Cyrillus lib. 1. Trinit. & omnes alij.

Pari ratione, si Christus est verus Filius veri Patris, id est 5. certè erit relatio vera inter Patrem & Filium; nec enim figi potest, quemadmodum sit verus Filius, qui nullam habeat veram relationem ad Patrem. Vtuntur autem hoc nomine iidem Patres, maximè Nazianzenus & Augustinus.

Denique, si Pater à Filio distinguitur secundum Scripturam, cur non potest paternitas dici notio Patris, id est, nomine Patris distinctus cognoscitur à ceteris personis? Vtuntur autem hoc nomine Basil. epist. 43. & August. lib. 5. Trinit. cap. 11. & inde acceperunt Scholastici, qui quinque; numerationes, in nascibilitatem, paternitatem, filiationem, passivam, & spirationem passivam; ex quibus quatuor rationes dicuntur proprietates, nimirum in nascibilitas, paternitas, filiatio, spiratio passiva; quatuor item relationes, paternitas, filiatio, spiratio activa, & spiratio passiva. De quibus si quis disputare non est huius loci.

CIRCUMINCESSIO, Græcè περιχώρησις, dicitur illa inactio perfecta inhabitatio vnius personæ in alia, & è conuersione qua dicitur Ioan. 14. *Ego sum in Patre, & Pater in me est.* In quo mysterio singulari disputavit Hilarius lib. 4. de Trinit. Ambrosius in caput 13. 2. ad Corinth. & AVEVS TIVS lib. 6. de Trinit. cap. ult. qui tandem ita concludit. *Singula in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia.* Qui videt hoc vel ex parte vel per speculum, & in enigmate, gaudeat cognoscens Deum, & sicut Deum honoret, & gratias agat. Qui autem nescit, tendat per pietatem ad videndum, non per calumniam (vt nunc Transylvani faciunt) ad calumniandum. Quia *vnus est Deus, sed tamen Trinitas: nec confusè accipienda est ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: nec distinctè, sed ipsi gloria in secula seculorū.* Vtitur autem voce περιχώρησις Damascenus lib. 1. cap. 11. ex illo Scholastici Circumincessionem appellare consueverunt.

TRINITAS, Græcè τριάς, non habetur etiam expressè Scripturæ.



Scripturis, tamen deducitur euidenter ex illo Matth. vlt. *Baptizate omnes Gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Et i. Ioan. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.* Et vtuntur hoc nomine omnes Patres, etiam antiquissimi, vt DIONYSIVS cap. i. de diuin. nom. & alibi saepe. Item Iustinus de recta confessione fidei. Gregorius Thaumaturgus in sua fidei confessione. Tertullianus libro contra Praxeam. Cyprianus sermone de oratione Dominica, & omnes posteriores.

Est autem obseruandum, Trinitatem non significare trium Vnitatem, vt putauit Valentinus GENTILIS, sed simpli- citer ternarium personarum, vt patet tum ex Graeca voce *τριάς*, cum ex illa Symboli Athanasij sententia: *Trinitatem in Vnitate veneremur.* Quam absurdè enim diceremus, *Trium Vnitatem in Vnitate veneremur*. Deinde, si vox, Trinitatis, Vnitatem expressè significaret, quomodo non reprehendendi essent Patres, qui opponunt Vnitatem Trinitati, ac dicunt in essentia Vnitatem, in personis Trinitatem considerari; item in Trinitate numerum cerni, in essentia quid numeratum sit non inueniri? FVLGENTIVS de fide ad Petrum, cap. i. *Trinitas*, inquit, *ad personas refertur, Vnitas ad naturam.* Concilium Toletanum XI. cap. i. *In relationibus personarum numerus cernitur; in Diuinitatis Verò substantia quid enumeratum sit non comprehenditur.* Quod idem fusè explicat Ildorus lib. 7. etymologiarum, cap. 4. & libro de differentiis, cap. i. Sanctus autem THOMAS, i. p. q. 31. art. i. etsi dicat, Trinitatem, videri dictam quasi trium Vnitatem, si quis sonum vocis consideret; tamen ibidem affirmat, non hoc propriè ea voce significari, sed solum numerum trium personarum.

Est etiam obseruandum, non rectè Genebrardum lib. 2. de Trinitate tribuere Caluino, quòd dixerit, in personis non comprehendi essentiam. Nam vt perspicuum est ex lib. de perfidia Valentini GENTILIS Geneuæ excuso, & ex ipso etiam loco, quem Genebrardus adducit, id est, lib. i. institut. cap. 13. § 25. Valentinus dixerat, Trinitatem esse trium Vnitatem, & illa tria esse declarauerat Essentiam, Filium & Spiritum sanctum. quibus verbis essentiam posuerat loco primæ personæ, & eam numerauerat cum aliis duabus. Hæc enim

m

enim



enim sunt verba Gentilis : *Tris*, inquit, *concurrunt in Tri-  
tate, Essentia, qua dicitur Pater, Filius, & Spiritus sanctus.*  
*Atq; hac est Vera Trinitas, qua est triū Unitas, non quæ  
quidquid dicat dominus Calvinus de etymo. Hoc verò dicitur  
refellens Calvinus, ait, in Trinitate non comprehendit  
tiam, quasi vna sit ex numero trium, sed includi in omni-  
tribus, quod quidem verissimum est, atque vtinam semper  
erraret Calvinus.*

*Robertus Calvi-*

## CAPVT VI.

## Ostenditur distinctio personarum.

*Trinitas.*



VANTVM ad SECVDVM, probandum est  
Deo vno & simplici verè inueniri tria re ipsa dis-  
tincta, quæ nos personas, seu hypostases dicim.  
in qua reali distinctione trium, fundantur illa  
omnia, de quibus iam egimus, id est, personæ, proprietates  
relationes, &c. Magister lib. i. dist. 2. & multi alij effectus  
pro argumento, quod Scriptura coniungat nomen Divi-  
nale cum verbo singulari, vt Genes. i. *In principio creauit  
Dij, ברא אלהים* Psalm. 36. *Dominus iridebit eum, יי-  
שחק* Domini ridebit. Sed non puto argumentum esse  
modum solidum, siquidem Scripturæ consuetudo id habere  
videtur, vt nomina illustrium personarum ponantur in nu-  
mero multitudinis, licet verba retineant numerum singu-  
larem. Quam cōsuetudinem nos Itali ex parte imitantur, cum  
viris grauibus non dicimus, *Tu*, sed, *Vos*: licet vnum, nisi  
tos alloquamur.

Ac ne id, quod dico, Rabbinismum redolere videatur,  
quo ego longè abesse cupio, proferam rationes sententias  
meas. Moueor igitur his rationibus. PRIMO, quia videtur  
Scriptura hoc idem fieri, quando est sermo de hominibus  
aut falsis Diis, vt Exod. 20. *Non habebis Deos alienos.* He-  
bræo, non erit tibi *Dij alij*; יהוה לך אלהים אחרים;  
Genes. 24. *Posuit manum super femur Abraham Dominus suus.*  
Hebræo est *אדני צירי* Dominorum suorum. Exod. 21. *Si dederit  
Dominus ei uxorem illi.* Hebraicè, *Si dederit Dominus  
ius צירי יתן אדני* at certè si quid mysterij hęc lateret: non